



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Valerii Andreae Desselii Erotemata Ivris Canonici**

**Andreas, Valerius**

**Francofurti & Lipsiae, 1720**

XXIIX. De sepulturis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63277](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63277)

§. Quid sit testamentum, & quid ultima voluntas; & quot sint testamentorum, & ultimarum voluntatum genera, docui ad *tit. D. qui testam. fac. poss.*

XXVII. De successione ab intestato.

Nota quarto, si clericus sine testamento decesserit, ejus bona patrimonialia deferri cognatis secundum ordinem legitimæ successionis. Si vero cognatos non habuerit, ejus bona Ecclesiæ vindicari. *c. 1. & 12. q. 3. c. 2. & q. ult. c. ult.*

XXIIX. De sepulturis.

Nota quinto, sicut bonorum defuncti sive ex testamento sive ab intestato, ratio habetur, ita etiam corporis ejus rationem haberi: quod humanum est in majorum suorum sepulchro, nisi ipse aliam sepulturam elegerit. *c. 1. & inf. lib. 6. c. 2. §. 1.* aut nisi sit talis, ut Ecclesiasticæ sepulturæ tradi non debeat, ut paganus, Judæus, hæreticus. *Inf. lib. 6. de heret. c. 2. in pr. usurarius. Inf. lib. 6. de usur. c. 2. & omnis excommunicatus. c. sacris* 11. sed ultimo supplicio damnatis, puram confessionem agentibus, ac digne pœnitentibus, neque communio neque Ecclesiastica sepultura est deneganda. *13. q. 2. c. questum.* 19. cui tamen jure civili non traduntur sine permisso principis. *D. de cadav. punit. l. 1.*